Germania:
O Pater, o hominum Divumque æterna poteſtas
Cernis ut inſultent Rutuli, Turnusque feratur
Per medios inſignis equos, tumidusque ſecundo
Marte ruat.
Capitulares Colonienſes.
Non omnia poßumus omnes
Philipsburgum captum:
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.
Mannheimum captum.
Quid facerem? neque ſervitio me exire licebat
Nec tam præſentes alibi cognoſcere Divos.
Frankendalium:
Jam proximus ardet Ucalegon.
Ad Electorem Moguntinum:
Haud illi ſtabunt Æneia parvo
Hoſpitia.
Camera Spirenſis.
O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit.
Palatinus Rheni ad Electorem Saxoniæ.
Tityrus hinc aberat; ipſe Te Tityre pinus,
Ipſi Te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.
Elector Palatinus:
En ipſe Capellas
Protinus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco.
Magnus Ordinis Teutonici Magiſter Heidelberga diſcedens:
Si Pergama dextrâ
Defendi poßent, etiam hac defenſa fuiſſent.
Colonia Agrippinæ:
Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ!
Confluentia ad Delphinum:
Sed Tu deſine plura puer, ſucceßimus antro.
Ad Gallos e Palatinatu reduces:
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite juvenci.
Ad Helvetios
Solſtitium pecori defendite.
De Papæ diſsidÿs cum Rege Galliæ:
Et potum paſtas age, Tityre, et inter agendum.
Occurſare capro (cornu ferit ille) caveto.
Avignon.
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.
Ad Cardinalem Firſtenbergium
Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum.
Si vis eſſe aliquid.
Cardinalis de Etreé:
Cuium pecus an Melibæi?

Clemens

Clemens Bavariæ Princeps
Si neſcis meus ille Caper fuit.
Firſtembergius:
Neget quis Carmina Gallo
Gallo, cuius amor ſemper mihi creſcit in horas.
Copiæ auxiliares Germaniæ Principum:
Magnum miſtæ glomerantur in Orbem
Præcipiteſque cadunt.
Elector Saxoniæ:
Mens agitat molem magnoque ſe corpore miſcet.
Franconia ad Electorem de Hybernis.
Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem
Fronde ſuper viridi, ſunt nobis mitia poma.
Hannoveranus Dux:
Se quoque Principibus permixtum agnovit Achivis.
Landgravius Haſsiæ
Troianoque a Sanguine clarus Aceſtes.
Episcopus Monaſterienſis.
Vincens Amor Patriæ laudumque immenſa cupido.
Elector Bavariæ:
Tu maximus ille es
Unus qui Nobis cunctando reſtituis rem.
Elector Treuirenſis.
Mutemus Clypeos Danaûmque inſignia nobis
Aptemus.
Ad Electorem Brandenburgenſem:
O Lux Dardaniæ ſpes ô fidiſsima Teucrûm!
Cantones Helvetiæ:
Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis
Concordes animæ nunc.
Ad Regem Hiſpaniæ:
Aggredere o magnos (aderit jam tempus) honores.
Portugallia: Jacet extra ſydera tellus
Extra anni ſoliſque vias.
De proxima expeditione Regis Galliæ in Germaniam:
Sol quoque et exoriens, et cum ſe condet in undas
Signa dabit, Solem certiſsima ſigna ſequentur.
Imperium Romanum:
Non illi Imperium pelagi ſævumque tridentem
Sed mihi ſorte datum.
Dania: Mihi Lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calatis.
Cæſar:
Per Populos dat Jura viamque affectat Olympo.
Joſephus Hungariæ Rex:
Hunc tu olim Cœlo ſpolÿs orientis onuſtum
Accipies.

Ad Tur.